

*De figuris lapidum, &c.*

ruptum, ac sine omni adipe, sicut & intestina & stomachum deprehenderūt: & pulmonem magna ex parte putridum ac grauiter foetentem, cum pituita & sanie ita membranis pectoris in sinistro latere adhærente, vt difficulter auelli possent.

Monspelij in cadaueris cuiusdam dissectione, testiculi lapillis pleni inuenti sunt.

Diphris (*lego Diphyses, διφύσις, cum Agricola, à sexu duplici*) duplex, cãdida ac nigra, mas ac foemina, genitale vtriusque sexus distinguente linea, Plinius.

In diœcesi Treuerensi, cum cemento pro reparandis structuris, quæ vitium fecerant, arcis Erebreitesteinensis eruerentur, inuenti sunt lapides nigricantes & duri, qui muliebri pudendum exprimerent, Agricola. Cardanus lapidi huic Hysterapetra nomen finxit, non rectè: neque enim ὕσδρα, ἡ γυναικείου μόριου significat. addit & Mariæburgi inueniri.

Ratio